



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

De sale helisei. cap. iij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Regum Quarti

Quia misisti ad beelzebub quasi non esset deus in israel: mortuus est ochozias et regnavit iozabab frater eius pro eo: anno secundo iozabab filij iofaphat: et tunc equivoce fuerunt rex iuda et rex israel et affines.

De rapto helie. Capitulum II.

Actum est cum le

fuare velle dominus heliam per turbam in celum venerunt helias et heliseus in galgala. Et ait helias ad heliseum. Vane hic: quia misit me dominus in bethel. Qui respondit. Vivit dominus et vivit anima tua: quia non derelinqua te. Stabat enim in spiritu eius tollendum esse. Et occurrerunt eis filij prophetarum qui erant in bethel: et dixerunt ad heliseum secreto. Hosti quia hodie tollet dominus tuus a te. Qui respondit. Fugite, et cetera. Et ait helias. Vane hic. Qui noluit. Cumque venisset in hiericho: id ipsum dixerunt heliseo filij prophetarum qui erant ibi quod et predicti. Et voluit helias ut maneret ibi: sed noluit. Cumque veniret ad iordanem ambo: et de filiis prophetarum longe specularent: involuit helias pallium suum et percussit aquas que divisae sunt. et transierunt per sicum. Cumque transissent: dixit helias ad eum. Postula quod vis: et faciam tibi antequam tollar a te. Qui respondit. Obsecro ut fiat spiritus tuus duplex in me. Qui respondit. Rem difficile postulas: tamen si videris me quando tollar a te: erit alioquin non erit. Spiritus duplicem habuit helias. id est ad duo. ad prophetiam. et ad miracula. Et ad eadem duo fuit spiritus in heliseo. et ita non petiit discipulus esse super magistrum. Quidam tamen distinguunt ista. fiat spiritus tuus duplex in me. id est duplicetur in me. Quod ita impletum fuisse tradunt. Nam heliseus vivens suscitavit mortuum: sed mortuus suscitavit mortuum: quod non helias. Cumque pergerent: ecce currus igneus et equi ignei diviserunt virosque: et ascendit helias: et ferebatur per turbam in celum. Legitur quoque sabacha pater helie non dum natus: vidit in somnis viros cum deditos se salutates. Quod cum nunciasset in hierusalem. responsus est ei. Puer hic iudicabit israel in gladio et igne. Heliseus autem videtur debere et clamabat. Pater mi pater mi: curi israel et auriga eius. id est sustentator populorum rector: et defecit ei helias pallium suum. Tunc ille scidit vestimenta sua: vel pro dolore. vel abijctis vestem suam: ut deinceps videretur veste helie

Et rediens ad iordanem percussit aquas pallo helie et non sunt divisae: et ait. Ubi est deus helie etiam nunc. Percussitque iterum et divisae sunt. Et transiit. Quod videntes filij prophetarum dixerunt. Requiescit spiritus helie super heliseum. Et occurrentes adoraverunt eum: et eo licet renitente miserunt. id est viros ad querendum heliam. si forte percussisset eum dominus in aliquo montium vel vallium. Cumque quaesissent per tres dies eos: eo non inuento redierunt.

De sale helisei. Capitulum III.

Inc dixerunt vi

ri hiericho ad heliseum. Terra haec optima est: sed aqua fontis pessima terram facit sterilem. Qui assumens vas novum terrenum misit in illud sal: et egressus ad fontem misit sal in illum. Et cum orasset ait. Hec dicit dominus. Sanaui aquas has et non erit in eis mors ultra. neque sterilitas. Forte morbosa erat bibentibus cum sterilitate. Et sanate sunt aquae usque ad diem hanc. Cumque ascenderet in bethel. illud ebant ei. et filij pueri dicentes. Ascende calve. Et maledixit eis in nomine domini. id est per nomen domini vel invocato nomine domini. Egressique sunt duo viri de saltu: et devoraverunt eos. Cumque transisset per montem carmesli: rediit in samariam et habitabat in ea.

De tribus regibus qui obsederunt regem moab.

Capitulum IIII.

Uxor iozabab filij

us achab regnavit in samaria anno. xviii. iofaphat: et. xv. annis regnavit tulitque idola gentium: quae per suos introduxerat. veritatem a cultu vitulorum. seroboa non recessit. Quae cum redargueret michaeas: occisus est ab eo percussio: ut de epiphanius episcopus salamicus cypri. Et sepultus est in moraschis solis iuxta sepulchrum senachim. Ait fuit post michaeas similiter moraschites sept. xij. propheta rum. Porro rex moab soluebat regi israel tributum agnos. c. milia: et totidem arietes cum vellere bus suis. sed mortuo achab recessit a tributo. Quamobrem iozabab rex israel ascendit contra eum in plium et habuit secum iofaphat regem iuda: sed et iofaphat duxit secum regem edom. Cumque fuisset per desertum idumee. vij. diebus non erat eis aqua. Et ait iofaphat. Est ne hic propheta domini. Et respondit quidam. Est hic heliseus qui fidebat aquam super manum helie. Et steterunt tres reges ante heliseum.